

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 18: De sequela dyaboli (9)

Idem (Bernardus):

Si sapis, si cor habes, si tecum est lumen oculorum tuorum,  
desine loqui illa, que assequi miserum est.  
Beatus qui post illa non abiit,  
que possessa honerant, amata coinquinant, admissa cruciant.

Beatus Bernardus.

Si sapis, si cor habes, si tecum est lumen oculorum tuorum,  
desine sequi illa, quae assequi miserum est.  
Beatus, qui post illa non abiit,  
quae possessa onerant amata coinquinant, amissa cruciant.

Si sapis, si habes cor, si tecum est lumen oculorum tuorum,  
desine iam ea sequi, quae et assequi miserum est.  
Beatus qui post illa non abiit,  
quae possessa onerant, amata inquinant, amissa cruciant.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 103.2 (SBO 7,  
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.260, ll.9-11).

Tres invenio:

primum qui sequitur carnem,  
secundum qui sequitur mundum,  
tertium qui sequitur dyabolum.

Primi sunt gulosi et luxuriosi, secundi cupidi et avari,  
tertii superbi et vane gloriosi.

Quartum tamen requiro de numero nostro,  
scilicet qui sequatur deum.

Tres bene inuenio.

Primum qui sequitur carnem,  
secundum qui sequitur mundum,  
tertium qui sequitur diabolum,

[fons nondum repertus]

sed quartum de numero vestrum requiro,  
scilicet, qui sequitur Deum.

Hugo de sancto Charo, *Postilla super epistola I Petri*, 2  
(Cologne, 1621, Opera omnia, tome 7, fol.330va).